

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Vita humana presens t
cum fonte primo

Humane uite conditionem
precipue primus et ultimus dies
continet quia plurimum interest quibus
auspiciis inchoetur et quo fine claudatur.
Ideoque eum demum felicem fuisse
iudicamus cui et accipere lucem
prospere et reddere placide contingit.
Medii temporis cursus prout fortuna
gubernaculum rexit, modo aspero, modo
tranquillo motu peragitur, spe semper
minore dum et cupide uotis extenditur et
fere sine ratione consumitur.

Valerius Maximus libro IX. de
memoralibus dictis.

Humanae autem uitae condicionem
praecipue primus et ultimus dies
continet, quia plurimum interest quibus
auspiciis incohetur et quo fine claudatur,
ideoque eum demum felicem fuisse
iudicamus cui et accipere lucem
prospere et reddere placide contigit.
medii temporis cursus, prout fortuna
gubernaculum rexit, modo aspero modo
tranquillo motu peragitur, spe semper
minor, dum et cupide uotis extenditur et
fere sine ratione consumitur.

Valerius Maximus, *Facta et dicta
memorabilia*, 9.12.praef. (J. Briscoe ed.,
p.617, ll.1-9).